



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

232. Prophetam non esse acceptum in patria sua.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESV CHRISTI. 213
mea, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei
audiunt, & faciunt. *Luc. 8. v. 21.*

MEDITATIO CCXXXII.

*Didagma XXXVIII. Prophetam non
esse acceptum in patria sua.*

I. Iesus veniens in patriam suam (Naza-
reth, ubi erat nutritus, *Luc. 4. v. 16.*) do-
cebat eos in synagogis eorum, (facto sabba-
to, *Marc. 6. v. 21.*) ita ut mirarentur, &
dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & vir-
tutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne
mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus Ia-
cobus, & Ioseph, & Simon, & Judas? & so-
rores ejus, nonne omnes apud nos sunt?
Vnde ergo huic omnia ista? *Matth. 13. v.
54. 55. 56.* Et scandalizabantur in eo. *Mat-
thæ 13. v. 57. Marc. 6. v. 3.*

II. Iesus autem dixit eis: Non est pro-
pheta sine honore, nisi in patria sua, & in
domo sua, *Matth. 13. v. 57.* & in cognatio-
ne sua. *Marc. 6. v. 4.*

III. Et non fecit ibi virtutes multas,
propter incredulitatem illorum. *Matth. 13.
Vers. 58.* Non poterat ibi virtutem ullam
facere: nisi paucos infirmos, impositis ma-
nibus, curavit. Et mirabatur propter incre-
duli-

dulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu docens. *Marc. 6. v. 5. & 6.*

Idem Didagma ex S. Luca

cap. 4.

I. **A** It illis Iesus : Vtique dicetis mihi hanc similitudinem : Medice, cura te ipsum : quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Ait autem : Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. *Luc. 4. v. 23. 24.*

II. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israël, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra : & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. *Luc. 4. v. 25. & 26.*

III. Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta : & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga irâ, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illum extra civitatem. *Luc. 4. v. 27. 28. 29.*

MEDITATIO CCXXXIII.

Didagma XXXIX. De prudentia & patientia ad predicandum necessaria.

I. Ecce